

CONGREGAZIONE PARTICOLARE
DEI
VESCOVI E REGOLARI

COMPOSTA DEGLI EMI E RMI SIGNORI CARDINALI

PATRIZI - DE LUCA - BIZZARRI - MARTINELLI

TORINESE

SOPRA L'APPROVAZIONE DELLE COSTITUZIONI

DELLA SOCIETÀ SALESIANA

RELATORE

ILLMO E RMO MONSIGNORE

NOBILI VITELLESCHI

ARCIVESCOVO DI SELEUCIA

SEGRETARIO



ROMA

TIPOGRAFIA POLIGLOTTA
DELLA S. C. DI PROPAGANDA

1874.

SOMMARIO

Num. I

BEATISSIME PATER

Societas Salesiana quam Tu, Beatissime Pater, opere et consilio fundasti, direxisti, consolidasti, nova beneficia a Magna Clementia Tua postulat. Etenim huius Congregationis constitutionum existentia et praxis ferme triginta annorum; difficultates et gravia pericula superata, admirabile eius incrementum, sunt totidem argumenta quae Dei digitum ostendunt, quemadmodum ipsi Episcopi in eorum litteris commendatitiis asserunt.

Nunc vero ad huius operis complementum duo summopere adhuc desiderantur: absoluta Constitutionum approbatio, et facultas dimissoriales litteras relaxandi absque exceptione. Haec sunt duo beneficia quae humillimis et enixis precibus exopto. Ut autem uno oculorum ictu Congregationis status dignoscatur hic adnectuntur:

1. Brevis notitia sive collectio documentorum ad hanc Congregationem spectantium;

2. Nonnulla exemplaria Constitutionum de ultima editione.

3. Declarationes supra aliquas parvi momenti mutationes, quas experientia ad processum et soliditatem Congregationis perutiles ostendit.

Caetera, quae desunt addere dignetur Bonitas et
Clementia Tua.

Dum autem hoc magnum negotium nostrum in
manus Domini commendamus, omnes Salesianae Con-
gregationis socii, qui omnes filios Tuos esse gloriantur,
corde et animo Deum deprecamur, ut, quidquid in
oculis Domini melius sit, ipse perficiat, Tibique sug-
gerat.

Interim ad Tuae Sanctitatis pedes provolutus,
caeteris felicior suppliciter subscripto

Taurini 4 Martii 1873.

Humillimus filius
Ioannes Bosco Sacerdos Sup. Gen.

Num. II

DECRETUM

23 Iulii 1864

Pauperum adolescentulorum miserans conditionem Sacerdos Ioannes Bosco e Dioecesi Taurinensi iam ab anno 1844 aliorum Presbyterorum etiam auxilio fretus, illos in unum colligere, Catholicae Fidei rudimenta edocere, et temporalibus subsidiis levare instituit. Hinc ortum habuit pia Societas, quae a S. Francisco Salesio nomen habens ex Presbyteris, Clericis, et laicis constat. Socii tria consueta simplicia Vota obedientiae, paupertatis, et castitatis profitentur, Superioris Generalis, qui Rector Maior nuncupatur, directioni subsunt, et praeter propriam sanctificationem praecipuum hunc habent finem, ut quum temporalibus, tum spiritualibus, adolescentium praesertim miserabilium commodis inserviant. Iam inde a piae Congregationis principio quae ad huiusmodi consilii rationem pertinere arbitrati sunt, adeo studiose, diligenterque curarunt, ut maximum ex eorum laboribus Christianae Reipublicae fructum accessisse, exploratum omnibus sit, et quamplures Antistites in proprias eos Dioeceses advocaverint, quos tamquam sollertes, strenuosque operarios in vinea Domini excolenda sibi adiutores adsciscerent. Verum praenominato Sacerdoti Bosco, qui fundator, simulque Superior Generalis piae Societatis est, multum sibi, suisque Sociis deesse visum est, nisi eidem Societati Apostolica accederet confirmatio. Commendatus idcirco a plurimis Antistitibus praefatam confirmationem a SSmo Dño Nostro Pio Papa IX humillimis precibus nuperrime postulavit, et Constitutiones approbandas exhibuit. Sanctitas Sua in Audientia habita ab infra-

scripto Domino Pro Secretario S. Congregationis Episcoporum, et Regularium sub die 1 Iulii 1864 memoratam Societatem, attentis litteris commendatitiis praedictorum Antistitum, uti Congregationem Votorum simplicium sub regimine Moderatoris Generalis, salva Ordinariorum iurisdictione ad praescriptum Sacrorum Canonum, et Apostolicarum Constitutionum, amplissimis verbis laudavit, atque commendavit, prout praesentis Decreti tenore laudat, atque commendat, dilata ad opportunius tempus Constitutionum approbatione.

Insuper Sanctitas Sua, attentis peculiaribus circumstantiis, indulget, veluti huius Decreti tenore indulget, ut hodiernus Moderator Generalis, seu Rector Maior in suo munere, quoad vixerit, permaneat, quamvis constitutum sit, ut eiusdem piae Societatis Superior Generalis duodecim tantum annos suum officium exerceat.

Datum etc. sub die 23 Iulii 1864.

S. Svegliati Pro-Secretarius.

Num. III

Animadversiones in Constitutiones Sociorum sub titulo S. Francisci Salesii in Dioecesi Taurinensis, quae adnectebantur Decreto diei 23 Jul. 1864.

1. **M**unus Rectoris Maioris, seu Superiori Generalis ad duodecim annos erit duraturum, nec in eo poterit confirmari sine venia S. Sedis.

2. Consultius erit expungere in Constitutionibus verba quibus sociis prohibetur, ne in rebus politicis partes assumant.

3. Vota quae in huiusmodi Institutis emittuntur sunt S. Sedi reservata ideoque delendum in Constitutionibus, praedicta vota dispensari posse a Superiore Generali.

4. Permittendum non est, ut superior Generalis relaxare possit sociis pii Instituti Litteras Dimissoriales ad Ordines suscipiendos, idque pariter in Constitutionibus deleatur.

5. Reservandum erit Beneplacitum Apostolicum pro alienationibus, ac debitis contrahendis ad praescriptum sacrorum Canonum.

6. Non expedit remittere arbitrio sociorum depositionem Rectoris Maioris, seu superioris Generalis, sed praescribendum erit, ut depositio effectum habere nequeat inconsulta hac Sacra Congregatione.

7. Pro fundatione novarum domorum, et pro suscipienda in posterum ab Ordinariis directione Seminariorum recurrendum erit in singulis casibus ad S. Sedem.

8. Optandum est, ut socii plusquam unius horae spatio orationi vocali, et mentali quotidie vacent, et ut quolibet anno per decem dies spiritualia peragant exercitia.

9. Approbandum non est, ut personae extraneae pio Instituto adscribantur per ita dictam affiliationem.

10. In formula Professionis addendum erit nomen Rectoris coram quo emittitur Professio, et verbis « *volermi comandare senza riserbo* » substituantur sequentia alia verba « *Volermi comandare a tenore delle Nostre Costituzioni* ».

11. Quolibet triennio Rector Maior, seu superior Generalis relationem status proprii instituti ad hanc sacram Congregationem transmittere teneatur, quae quidem relatio complecti debet tam statum materialem, et personalem nempe numerum domorum, et sociorum, quam disciplinarum, scilicet Constitutionum observantiam, nec non quae respiciunt administrationem oeconomicam.

12. Prout moris est penes pias Presbyterorum Congregationes Constitutionum traductio e vernacula in latinam linguam fiat.

13. Ne scrupulis, et anxietatibus detur locus, delectantur in Constitutionibus verba, quibus superioris praeceptum obligare sub culpa statuitur.

Stanislaus Svegliati Pro-Secretarius.

DECRETUM

Salus animarum, quarum curam a Principe Pastorum accepit SS. D. Noster Pius Papa IX, continuo eum vigilem reddit, ut nihil inexpertum relinquat, quo Sacrosancta Catholica Fides, sine qua impossibile est placere Deo, ubique terrarum vigeat semper, atque augeatur. Quocirca singulari Sua Apostolica Benevolentia eos potissimum Ecclesiasticos Viros prosequitur, qui in Societatem adunati iuventutis curam suscipiunt, eam spiritu intelligentiae, ac pietatis imbuunt, omnique studio et contentione uberas in Vineam Domini fructus virtutis et honestatis afferre conantur. Quum Sanctitas Sua inter huiusmodi Societates accenseri noverit piam Ecclesiasticorum Virorum Congregationem, quae a S. Francisco Salesio nuncupata Anno 1841 a Sacerdote Ioanne Bosco Augustae Taurinorum erecta fuit, illam sub die 1 Iulii 1864 Apostolicae laudis Decreto condecoravit. Ast memoratus fundator nuperrime Urbem petiit, atque penes Sanctam Sedem enixe postulavit, ut praefatam Congregationem, eiusque Constitutiones approbare dignaretur. Summus vero Pontifex in Audientia habita ab infrascripto D. Secretario huius S. Congregationis Episcoporum et Regularium sub die 19 Februarii 1869, attentis litteris commendatitiis plurimorum Antistitum, enunciatam piam Congregationem, uti Societatem Votorum simplicium, sub regimine Moderatoris Generalis, salva Ordinariorum iurisdictione ad formam Sacrorum Canonum, et Apostolicarum Constitutionum, approbavit, et confirmavit, uti praesentis Decreti tenore approbat, atque confirmat, dilata ad opportunius tempus approbatione Constitutionum quae emendandae erunt iuxta animadversiones ex mandato Sanctitatis Suae iam alias communicatas, excepta quarta, quae modificanda crit

prout sequitur , nempe Sanctitas Sua supplicationibus Sacerdotis Ioannis Bosco benigne annuens, eidem tamquam enunciatae piae Congregationis Moderatori Generali facultatem tribuit ad decennium proximum tantum duraturam , Alumnis , qui in eiusdem Congregationis aliquo Collegio, vel Convictu ante aetatem annorum quatuordecim excepti fuerunt, vel in posterum excipientur, ac nomen praefatae piae Congregationi suo tempore dederunt vel imposterum dabunt , relaxandi litteras Dimissoriales ad Tonsuram , et Ordines tam Minores quam Maiores recipiendos ; ita tamen ut , si a pia Congregatione quavis de causa dimittantur , suspensi maneant ab exercitio susceptorum Ordinum , donec de sufficienti Sacro Patrimonio provisi, si in Sacris Ordinibus sint constituti , benevolum Episcopum receptorem inveniant. Contrariis etc.

Datum Romae ex Secret. S. Congr. sub die 1 Martii 1869.

S. Svegliati Secretarius.

Informazione dell'Arcivescovo di Torino.

Quam admodum Reverendus Sacerdos Ioannes Bosco a Castronovo Archidioecesis Nostrae, exoptet ut a S. Sede Apostolica Suprema Sanctione donetur Congregatio sub Titulo S. Francisci Salesii quam ipse instituit, quaeque iam a S. Sede praedicta aliqualem approbationem promeruit; et ad hunc finem idem Sacerdos a Nobis Litteras postulaverit quibus apud S. Sedem Apostolicam desiderium Suum commendetur, Nos, votis Nostris, preces quos ipse Summo Pontifici est oblaturus, libentissime comitamur.

Id enim testamur quod in Nostra commendatione dictae S. Sedi Apostolicae exhibenda testati sumus quum Episcopi Salutiarum munere fungeremur, scilicet Nos, huius Congregationis exordia et progressus sub oculos habuisse, atque mira incrementa de die in diem vidisse, atque coactos fuisse profiteri digitum Dei ibi esse. Innumeri pueri atque adolescentes ad dictum Sacerdotem eiusque in opere Socios confugerunt ut in Catholica Catechesi instituerentur, atque Sacramenta reciperent; et innumeri Fideles tum Ecclesiastici tum Laici opem et Auxilium huic operi praebuerunt, eo quod perspicerent quantum boni illis pueris et adolescentibus non solum in ordine Spirituali sed etiam temporali accederet. Hinc Collegium coëpit erigi Augustae Taurinorum in quo nunc ultra quam octingenti Adolescentes sub eodem tecto simul vivunt atque instituuntur, maior pars in litteris ut deinde Clerici fiant, alii in artibus, omnes in religione et pietate. Ex his plures ingrediuntur dictam Congregationem, et post probationis tempus ad vota temporalia admittuntur; intereaque Studiis Philosophiae et Theologiae applicantur, atque ad Sacros Ordines promoventur; ita ut Congregatio quinquaginta circiter Sacerdotes in suo Sinu iam enumeret.

Brevissimo tempore Collegia in aliis locis erecta sunt, aliud scilicet, in loco Lancei huius Nostrae Archidioecesis, aliud in Dioecesi Casalensi, Genuensi, Savonensi et Albingaunensi; in quibus locis nihil aliud de his Collegiis auditur, praeterquam generalis satisfactio et laus de profectu in litteris et in Religione qui fit ab adolescentibus sub regimine Sacerdotum et Clericorum dictae Congregationis.

Augustae vero Taurinorum praeter dictum Collegium extat magna et valde ampla Ecclesia in honorem B.^gM.^g Virginis *Auxilium Christianorum* paucis ab hinc omnis erecta, quae modo quasi prodigioso surrexit, quum eius Auctor pecuniis omnino destitutus ei erigendae manum admoverit, sola spe divinae opis innixus; in qua quidem Ecclesia quotidie et praesertim diebus festis, cum magno animarum lucro verbum Dei explicatur, Confessiones excipiuntur, Sacramenta administrantur, Missae celebrantur et aliae functiones religiosae solemniter exercentur.

In hac urbe extant etiam quatuor Oratoria festiva, in quibus Sacerdotes huius Congregationis mira charitate pueros et adolescentes edocent in Catechesi et Sacramenta eis administrant, atque ad quasvis virtutes efformant. Proptereaque quum haec Congregatio iam a vicingintiquinque circiter annis tot fructus religionis et pietatis produxerit, praesertim pro pueris, adolescentibus et iuvenibus recte instituendis in fide Catholica Christianisque moribus, argumentum praebet se in suo interno statu satis dispositam et ordinatam, et ideo dignam quae Sanctae Sedis Apostolicae protectione muniat.

Quae omnia dum laeto animo exponimus, addimus

1. Exhibendas esse a Fundatore Regulas quibus haec Congregatio regi debet.

2. Quae respiciunt regulas servandas in Novitiatu, huiusmodi esse debere ut per eas, efformandis optimis membris huius Congregationis in perpetuum consulatur, et quantum fieri potest, ea similia fieri iis quae servantur in Novitiatu Societatis Iesu.

3. Nullum ex Membris huius Congregationis promovendum esse ad Ordines Sacros antequam vota perpetua emiserit.

4. Qui promovendi sunt ad Ordines tum Maiores tum Minores, iuxta praescriptum Concilii Tridentini sess. XXIII Cap. 12 subiiciendos esse *diligenti examini* Episcopi a quo sunt ordinandi.

5. Episcopo ius servandum esse visitandi Ecclesias publicas atque Oratoria huius Congregationis, ut omnia quae ad eadem pertinent semper sint iuxta Canones et leges Ecclesiasticas, et Legata pia recte adimpleantur.

6. Tantum concedendum esse huic Congregationi exemptionis a iurisdictione Episcoporum, quantum sufficit ad eius conservationem, nihilque amplius; proptereaque in caeteris plena remanere debere Episcoporum iura et munera.

Augustae Taurinorum die decima mensis Februarii anno millesimo octingentesimo septuagesimo tertio.

✠ Laurentius Archiepiscopus.

Lettera riservata dell' Arcivescovo di Torino.

Torino, Seminario 20 Aprile 1873.

Eminenza R^{ma}

Stimo essere mio gravissimo dovere lo esporre a Vostra Eminenza R^{ma} e per essa alla S. Congregazione dei Vescovi e Regolari lo stato delle cose della Congregazione di S. Francesco di Sales istituita dal molto Rev. Sacerdote Gio. Battista Bosco mio diocesano; riguardo' alla quale mi premerebbe assai di intendere da Vostra Eminenza, se essa debba riguardarsi come *già approvata dalla S. Sede* e perciò già ammessa a godere *dei diritti e privilegi dei Regolari*: oppure debba essere considerata come una Congregazione che solo gode della *benevolenza della S. Sede*, e quel tanto de' privilegi che già le fu concesso debbe aversi solo in conto di cosa provvisoria *ad experimentum* e non mai da estendersi in generale ai *privilegi dei Regolari*.

Questa Congregazione si formò col consenso dell' Arcivescovo di Torino Mons. Luigi Fransoni: proseguì col consenso del suo Successore Mons. Alessandro Riccardi: ed ha il mio consenso; che anzi desidero di tutto cuore che essa prosperi e duri al bene dell'istruzione ed educazione cristiana della gioventù: ma le sue Regole finora non furono approvate nè da me, al quale non fu chiesta tale approvazione, nè da alcuno de' miei Predecessori. Che anzi io non mi sentirei di approvare queste Regole quali esse sono presentemente, e quali furono date alle stampe nel presente anno dalla Tipografia di detta Congregazione. Imperocchè quivi mancano le Regole necessarie per un buon *Noviziato*, senza

del quale non vi saranno mai di regola ordinaria dei buoni Religiosi, e conseguentemente la Congregazione non presenterà mai dei motivi da sperarne solidità e prosperità per l'avvenire.

Su questo punto del Noviziato il Sig. D. Bosco, a mio giudizio, la sbaglia e assai. A me pare, che i soggetti i quali intendono poi fare i voti nella Congregazione debbano essere appositamente esercitati per due anni nell'umiltà ed annegazione di sè medesimi, e per riuscire alla totale *indifferenza* di sè stessi, che il sostanziale del religioso, debbano essere applicati ad esercizi di ascetica speciale, come si fa negli ordini religiosi, e specialmente nella Compagnia di Gesù: al contrario al Sig. D. Bosco sembra, che ammettendo ai voti solo dei giovani i quali entrarono nelle sue scuole da giovanetti e che per 7 od 8 anni od anche più furono ogni dì attentamente osservati, e furono sempre e sono ora trovati modesti, pii, casti, docili, mortificati, ciò debba bastare per giudicarli atti ai voti. Ma questo a mio giudizio, è un errore, perchè l'esperienza di quel lungo tempo dimostrerà bene che questi giovani sono ottimi cristiani, ma non già che sieno formati a quello spirito di sacrificio ed a quella costanza di annegazione e indifferenza, senza cui i soggetti non potranno mai perseverare nella religione (1).

Quindi per mancanza di noviziato sono già usciti taluni i quali avevano pur fatto *voti* perpetui e che parevano fermissimi nella loro vocazione. E questi interrogati da me perchè fossero usciti; risposero appunto: perchè non avendo percorso un buon noviziato non avevano potuto formarsi lo spirito sufficientemente religioso.

Frattanto questa Congregazione senza averne per nulla la intenzione, reca un disturbo non piccolo alla Disciplina ecclesiastica in questa Diocesi, ed io temo che lo recherà pure nelle Diocesi in cui sarà per stabilirsi: ed eccone il come. Il Superiore di essa ha la facoltà di presentare all'Ordinazione i giovani, i quali

(1) Quindi la Compagnia di Gesù benchè abbia molti de' suoi membri venuti su da giovanetti nei suoi collegi, ove furono per 7, 8 e 9 anni, pure non si dispensa pure d'un giorno dal Noviziato.

sieno entrati prima dei 14 nelle sue Scuole, ancorchè manchino di patrimonio, purchè abbiano fatti i Voti triennali. Se terminati questi voti, gli Ordinati li rinnovassero e quindi rimanessero al servizio della Congregazione, tutto potrebbe andar bene. Ma troppo sovente avviene, che certi giovani, i quali mancano di mezzi per pagare la pensione nel Seminario, entrino in questa Congregazione, ove gratuitamente percorrono i loro corsi e vengono ordinati titolo Mensae communissima compiti i voti triennali, se ne escono e si presentano al Vescovo per hè l'incorpori nella sua Diocesi. Ma frattanto manca il patrimonio: e quale educazione, quale istruzione si è ricevuta? È questa in armonia con quella che si dà nella Diocesi? Fosse almeno stato il Sig. D. Bosco, il quale esaminò, e prima di esaminare, formò quei soggetti: ma no: furono altri in cui non è nè la mente, nè l'occhio nè lo spirito di D. Bosco. Quand' io era a Saluzzo, un mio diocesano fu ordinato in questa Congregazione, il quale brevissimo tempo dopo fu cacciato via perchè scoperto infetto di intemperanza nel bere: e tale esso è ancora presentemente. Quindi io penso che la facoltà di presentare all' Ordinazione giovani legati coi soli voti triennali offra una via troppo facile a tutti i giovani i quali non hanno alcuna intenzione di rendersi religiosi, e che nel Santuario non cercano altro che pane, ed i quali senza un centesimo di spesa recandosi alla Congregazione di D. Bosco, trovano il mezzo di essere Ordinati, e poi cessato il triennio dei voti, si presentano dal Vescovo che loro cerchi una pensione ecclesiastica ed un impiego: e il Vescovo per riguardo al carattere sacerdotale bisogna che loro provveda anche dopo averli respinti sulle prime quando si presentarono a chiedergli l'abito ecclesiastico.

La cosa diventa assai più grave e seria in seguito all'altra facoltà che il Sig. Don Bosco dice di avere di presentare all' Ordinazione giovani entrati nella sua Congregazione anche dopo i 14, anzi anche dopo i 20 anni. Qualche Chierico dimesso dal Seminario si presenta a D. Bosco, e questi lo riceve anche senza il consenso esplicito del Vescovo, lo manda a fare da maestro in un suo collegio posto in una Diocesi lontana, per es.

da Torino lo manda a ~~Varazze~~ nella diocesi di Savona, o ad Alasso nella diocesi di Albenga: questo giovane mentre fa il maestro, studia la Teologia; e poi a tempo debito viene presentato da D. Bosco a quel Vescovo, il quale senza altra informazione me lo Ordina: e il giovane Ordinato, tosto compiti i suoi tre anni de' voti, ritorna a casa ed è Sacerdote senza che il suo Vescovo diocesano siavi entrato per nulla, anzi l'avesse giudicato inabile.

Finalmente in questa Congregazione non si possono formare ecclesiastici bene istruiti nella Filosofia razionale e nella Teologia e nelle altre scienze sacre: perchè la massima parte attendono a questi studi mentre fanno la scuola di latinità o di altra arte o scienza: e mentre per contro, la S. Sede aveva prescritto che tutti gli studenti di Teologia che sono in Torino appartenenti a questa Congregazione frequentassero le scuole del Seminario Arcivescovile: si trovò modo di ottenere da questa prescrizione una dispensa.

Venendo a una conclusione pratica io proporrei, che

1. Le regole di questa Congregazione sieno tosto esaminate dall' Arcivescovo di Torino e ne ottengano l'approvazione. Se l'Arcivescovo ricusa di approvarle, esponga le sue ragioni ai Vescovi di Casale, Savona, Albenga e all' Arcivescovo di Genova, ove il Signor D. Bosco ha presentemente delle case, e fra tutto si venga ad un' approvazione.

2. Il Sig. D. Bosco non possa presentare mai giovane alcuno all' Ordinazione, se questi non è entrato nelle sue scuole almeno prima dei 16 anni, e dal suo ingresso vi sia sempre rimasto e non siane più uscito.

3. Esso non possa presentare per l' Ordinazione del *Suddiaconato* se non quelli che essendo nella condizione del n. 2° abbiano emesso i *voti perpetui* di rimanere nella Congregazione, dispensabili però dal Sommo Pontefice.

4. Tutti gli studenti di Teologia debbano almeno per quattro anni frequentare le scuole del Seminario della città ove trovasi la loro casa; e quindi nelle case della Congregazione dei luoghi ove non sono Semina-

ri, non si tengano soggetti i quali percorrano lo studio di questa scienza.

5. Tutti gli Ordinandi presentati dal Sig. D. Bosco debbano prima d' ogni Ordinazione presentarsi al Vescovo del luogo, e coi dovuti attestati fargli constare, che essi entrarono nelle Scuole della Congregazione prima dei 16 anni, e vi rimasero sempre, che fecero i Voti perpetui (se trattasi d' Ordini maggiori) frequentarono le scuole del Seminario: e quindi essere dal Vescovo sottomessi al *diligente esame* prescritto dal Concilio di Trento Sess. 23. c. 12. Sottomettendo tutte queste cose alla Sapienza della S. Congregazione ed in primo luogo di Vostra Eminenza R^{ma}, io finisco con dire, essere in me un grave timore che, se non si danno pronte providenze, questa Congregazione per mancanza di bene intesa disciplina e di soda istruzione teologica, e quindi per mancanza di soggetti ben formati non potrà sostenersi ma tutt' al più si reggerà finchè è in vita il suo fondatore: ma venuto questo a cessare di vivere, cadrà, e saranno deluse le speranze dei molti benefattori i quali fecero grandi sacrifici per cooperare alla sua formazione.

Io penso di essere nel numero di questi: perchè avendola veduta nascere e crescere sotto gli occhi miei, vi ho cooperato col mio ministero e come Sacerdote e come Professore e come Vescovo, e col mio danaro. Ho sempre fatto animo al fondatore, sostenendolo con le lodi e le approvazioni, e non parlando mai dei difetti che vedeva, per non iscoraggiarlo, e perchè allora io non aveva giurisdizione su quest' opera; e stante la tristezza dei tempi, mi pareva si potesse chiudere un occhio sulle deficienze in vista del bene immediato che ne veniva, sperando che la Provvidenza avrebbe apportati i necessari rimedi. Ma ora che questa Congregazione fa parte della mia Diocesi, e che sento il dovere che mi corre di esaminare le cose quali sono, e che mi accorgo che l'Opera per quanto sembri ingrandita, è lungi dall' avere la solidità che sarebbe desiderabile, giudico, sia mio stretto obbligo di esporre la cosa a questa Sacra Congregazione come allo stromento di cui Iddio si servirà certamente per

ordinare nell' Opera suddetta quando sarà da ordinarsi
per renderla solida e di durata.

Inchinandomi al bacio della sacra Porpora, col
massimo ossequio mi pregio di essere

di V. Eminenza Reverendissima

Umo Ossmo Servitore

✠ Lorenzo Arcivescovo di Torino

Informazione del Vescovo di Casale.
—**BEATISSIME PATER !**

Pro Dei gloria et catholicae Ecclesiae utilitate lubenter testor secundum veritatem et fidem facio, prout mihi constat, Piam Congregationem S. Francisci Salesii a Rev. D. Sacerdote Ioanne Bosco institutam pro educatione praesertim et instructione iuventutis masculis scientiis aut artibus addictae, cuius Congregationis una exstat domus in hac mea Dioecesi Casalensi in oppido Burgi S. Martini sub nomine parvi Seminarii et Collegii S. Caroli, ubi plusquam centum septuaginta adolescentuli pietate et litteris incumbertia, primitivum a suo exordio servare religionis nostrae sanctissimae et moralis disciplinae spiritum, et non modo inde alumni suis sed etiam populo fideli non parvam provenire spiritualem aedificationem. Hinc pergratum mihi foret, si Sanctitas Tua novis beneficiis atque privilegiis praeclaudatam Congregationem religiosam cumulare dignaretur.

Ad Sanctissimi Tui Pedis osculum prostratus et Apostolicam Tuam Benedictionem implorans humillime me subscribo.

Datum Casali die 13 Februarii 1873

Humill. Ob. Dev. Filium
† P. M. Episcopum Casalensem.

Num. VIII

Informazione del Vescovo di Savona.

I. N. D.

Cum advocaverimus in nostram Dioecesim Societatem S. Francisci Salesii Augustae Taurinorum, institutam ob admodum Rev. D. D. Io. Baptista Bosco, ad regendum Collegium municipale civitatis Varginis, bona spe freti, ut a spiritu timoris Dei institutio puerorum optimum initium accipiat, cumque nobis innotuerit laudatum sacerdotem approbationem absolutam eiusdem Congregationis a S. A. Sede esse petituram, ideo adherentes votis et commendationibus Archiepiscopi Taurinensis ceterumque ecclesiasticae illius provinciae Episcoporum, petitionem eius pariter et nos demisse pro gratia commendamus.

Dat. ex Epis. Savonae die 16 Februarii 1873.

† Io. Baptista Epis.

H. Gazzano Secretarius.

Informazione del Vescovo di Vigevano.

Vigevano il 21 Febb. 1873.

G. M. G.

Il nome del Sacerdote D. Giovanni Bosco da vari lustri risuona grato e venerato principalmente in Piemonte. È comune e somma l'ammirazione per il bene da lui operato sia col raccogliere in vari Oratori la gioventù, sia cogli scritti popolari che si leggono anche dalle persone colte con grande frutto e diletto, e coll'educazione di giovani Chierici al Sacerdozio. — I suoi Collegi Ecclesiastici aperti con immense sollecitudini in molti luoghi della Liguria e del Piemonte, ove co' buoni studi vi fioriva la disciplina ne sono una prova luminosissima. Molte Diocesi, e la mia segnatamente ebbero dai Collegi del S. D. Bosco ottimi Sacerdoti.

Non era necessaria questa Nostra testimonianza perchè le opere del S. D. Bosco parlano da se: Ci riesce però cosa assai grata rendere questa testimonianza dell'ammirazione e gratitudine che professiamo verso un Sacerdote che abbiamo apprezzato costantemente, ed in cui fino dagli esordì delle sante sue imprese abbiamo ammirato un uomo suscitato dal Signore a gloria del Cattolico Sacerdozio a bene dell'umanità.

Noi crediamo tornerà di vero vantaggio alla Religione ed alla società secondarlo ne' suoi voti di dare più ferma consistenza alla sua Congregazione benedetta replicatamente dal maraviglioso Pontefice Pio IX.

Pietro Giuseppe Vescovo.

Informazione del Vescovo di Albenga.

Anacletus Petrus Siboni
Dei et Apostolicae Sedis gratia
Episcopus Albinganensis

Cum Vicarii primum Generalis exinde Capitularis partes hac in Albinganensi Dioecesi adimpleremus speciale putabamus Miserentis Dei beneficium admod. Rmum D. Sacerdotem Bosco Ioannem Archidioecesis Taurinensis Congregationis Salesianae Fundatorem ei oblatam illico arripuisse occasionem ad domum filialem Congregationis praedictae nuncupatam « *Collegio Municipale di Santa Maria degli Angeli* » Alaxii constabiliendam.

Piorum namque Virorum relationibus in antecessum habitis, attestationibusque multorum Antistitum freti non dubitabamus quin adolescentuli illius populosae Urbis a Clericis et Sacerdotibus praefatae Congregationi addictis spiritu pietatis, et intelligentiae imbuerentur, uberesque inde piae foundationis fructus in illa gregis huius portione producerentur.

Commendatitias ea propter Litteras in favorem huiusce filialis domus hac in Dioecesi constabiliendae S. Sedi dabamus, quas benigne receptas exinde gratulabamur praesertim cum Episcopatus onere ac ipsa in Dioecesi Apostolica benignitate gravati non parum auxilii ad hoc ferendum, plebemque nobis commissam contra spiritum erroris, et impietatis pestiferos suos virus quaque ex parte in iuventute praesertim effundentem defendendum a Moderatoribus, et Magistris praelaudatae Congregationis Alaxii degentibus percipere sentiebamus.

Viam sternere consequenter animosque parare ad hanc eandem societatem alia quoque in Civitate huius Dioecesis recipiendam curabamus irritum tamen hucusque conatu ob causas certe varias, sed praesertim

quia eius Sociorum nunquam intermissi labores ad omnes populi Christiani indigentias quaquaversus irumpentes satisfaciendas impares sunt.

Ardenter itaque in Domino cupimus praedictam Congregationem adeo bene de vinea Domini meritam vires potiores assumere, crescere, ramosque suos nostra in Dioecesi extendere. et ad hunc finem a S. Sede Apostolica definitivam approbationem, favoresque obtinere ad sui conservationem dilatationem, et perfectionem opportunos et ideo eam quantum in Domino possumus, et in Nobis est SSmo humillime commendamus.

Datum Albinganae ab Episcopali Curia die 22 Februarii 1873.

† Anacletus Petrus Episcopus.

Informazione del Vescovo di Fossano

Aemilianus Manacorda
Dei et Apostolicae Sedis gratia
Episcopus Fossanensis.

Ab anno Redemptoris Domini 1844 Societas quaedam in Subalpinis regionibus apparuit sub titulo et protectione S. Francisci Salesii, optimo Sacerdote Ioanne Bosco curante Taurinensis Dioecesis, qui a pueritia pauperes pueros honestis oblectamentis, verbo sano et exemplo, in iis quae sunt ad Deum, erudiebat. Mira quae in illo elucebat comitas ac morum suavitas, nihil tale cogitanti ac ne suspicanti quidem boni nominis undique illi sacram conciliaverat, adeo ut adolescentules, vi quadam abscondita caritatis velamine traheret. Aeterni luminis gratiam in vacuum recipiens crescebat aetate et merito coram Deo et hominibus, neque artibus aliis quam suavissimae caritatis nihil perperam agentis, attracta maior in dies se illi adiunxit corona fratrum, laetantibus Augustae Taurinorum civibus oppidisque finitimis ac civitatibus. Hinc ortum habuisse novimus Salesianum Sodalitium, quod labente anno 1869 plurimis instantibus sacrorum Antistibus, ut Societatem votorum simplicium sub regimine generalis Moderatoris laudati Ioannis Bosco Suprema Sedes approbavit et confirmavit, dilata tamen Constitutionum approbatione. Cum vero a Nobis expostulaverit idem Sacerdos commendatitias litteras, quibus facilius posset ab Apostolica Sede definitivam obtinere approbationem, libenti animo quod oculis vidimus et auribus audivimus pro conscientia in Domino testamur, totis viribus exoptantes, ut laudata Societas Apostolicae Sedis auctoritate facta ac roborata, sicuti par est, posteris quoque bonas afferat fructus.

Vere ipsa est granum sinapis, quod omnibus quidem seminibus minimum maius fit omnibus oleribus,

ramosque magnos extendit quorum sub umbra aves habitant coeli; ita Societas a parvis initiis foecundata rore divinae gratiae, ne dixerimus providentiae miraculo, brevi omnibus admirantibus, crevit quasi arbor ingens, cuius in ramis praesertim pauperes paternum inveniunt hospitium, ac maximum quod est, divino pabulo nutriuntur. Bonum opus operatum ac in die operari hoc sodalitium fatentur omnes, et quaquaversum suos evibrare radios, ardentis instar lucernae, et mirum non sit, undecumque iuvenes et pauperes ad Salesinum asceterium confugere in odore currentes unguentorum, quae de fontibus Christianae charitatis fluunt. Ibi reapse virtutibus pinguescunt animae, ibi fides recta, spes firma, caritas non ficta. In scientia et pietate aluntur pueri, in longanimitate, suavitate, patientia ac in verbo veritatis educantur omnes cordis simplicitate.

Qui ingenio pollent apto, doctrinis imbuuntur, coeteri artibus variis indole sua quisque haud exclusa arte musica, non animi solum causa, sed honesti etiam lucri, ad vitam scilicet sustentandam, quum ex ephelis excesserint. Amplius pro temporum calamitatibus. Ubique enim parva surgunt oratoria, in quibus parvuli in alicuius Sancti tutelam recepti Christiana catechesi, augustissimo Missae sacrificio, piis adhortationibus, Sacramentorum susceptione ad pietatem informantur, honestis etiam additis recreationibus, quibus aetas tenella carere vix potest. Sapienti caritate Sacerdotes optimi eiusdem societatis scholis praefecti, id quod gratis acceperunt gratis amabiliter verbis, scriptis et exemplo refundunt. Profecto sal est Societas Salesiana, qua infatuata condiuntur tempora mala; lux illuminans qui eos videntes non vident, atque in tenebricosae ignorantiae umbra sedent; vox clamantis per viculos et plateas, pauperes iuvenes omnes a malo fermento retrahit, docetque servare mandata. Haud insuper praetereundum, quod perutile universi proclamant, typographeum inquam, ex quo innumera iam prodierunt volumina studio et labore magno edita ab eiusdem societatis sodalibus. Hi et alii fructus debentur optimaee institutioni, qua tirocinii tempore quotidianis allocutionibus aliisque spiritualibus exercitationibus excoluntur, a mo-

deratore, et alacritati qua novitiatu peracto, studiis pro communi bono incumbunt. Novitiatum diximus, ad demus, minus caeteris apparens, sed vere novitiatum, prout decet atque exposcit sodaliti animarumque bonum. Palam enim atque per pompam quasi formae peragi sub ordines monasticos destruentium oculis, non sine suae existentiae praeiudicio posse, nemo est qui non videat. Quapropter patienter quod perfectius amplius desideratur, expectamus a Domino, qui Ecclesiae pace donata, quae sunt ad omnimodam perfectionem sui operis media suppeditabit. Caeterum sodales Salesianos optime institui in ipso novitiatu, ut alia quae iam recensuimus, omittamus, illud argumentum esse potest, quod ex eorum scholis singulis annis minimum centeni discipuli clericali militiae dent nomen, non minima certe pars adolescentium, qui in Subalpinis Seminariis in spem Ecclesiae succrescunt, nec magis numero quam pietate et bona institutione spectando. Supplicibus itaque Sacerdotis Ioannis Bosco precibus Nostras addimus ad expositum effectum. Suprema Sedes, cui ad mortem usque obedientiam et reverentiam maximam profiteamur, divina sapientia freta, quod bonum est, iudicabit.

Datum Romae die 2 Martii 1873.

† Aemilianus Manacorda
Episcopus Fossanen.

Loco del Sigillo

Informazione dell' Arcivescovo di Genova**Em̃e ac R̃me Domine**

Dum inimicus homo in agro Domini pravarum doctrinarum zizania plenis manibus seminare satagit eaque magno animi nostri moerore, ubique excrescere videmus, nihil sane magis commendatione dignum eorum caelestis Patrisfamilias servorum opera qui bonum semen spargere student et illud in primis in puerorum et adolescentium animis inserere et alere solerti cura adlaborant.

Ad laudabilem eiusmodi finem egregio nominis Sacerdos Ioannes Bosco Congregationem instituit a plurimis Episcopis vino ab ista Apostolica Sede amplissimis verbis iam laudatam et commendatam et tanquam Congregationem votorum simplicium a SS. D. N. Papa adprobatam et privilegiis auctam cuius ipse Fundator perpetuus Moderator et Superior est constitutus.

Nos itaque qui eiusdem Congregationis utilitatem in hac Genuensi Dioecesi experti sumus et experimur praesertim in proxima civitate S. Petri Arenarii ubi Ecclesiam et Domum obtinet, aliorum Sacrorum Antistitum Commendatitiis Litteris hasce nostras addimus, humillime Supremum Ecclesiae Moderatorem, Pontificem Maximum obsecrantes ut eiusdem Congregationis Constitutionum definitivam adprobatationem concedere benigne dignetur, his tamen positis conditionibus ab aliis Episcopis iam propositis si Sanctitati Suae placueret.

1° Societatis alumni ad sacros Ordines non promoveantur antequam perpetua vota emiserint ne periculum sit ut facile Societatem deserentes et patri-

monio destituti suspensi remaneant cum fidelium scandalo et non levi Ordinariorum incommodo.

2° Liberum sit Episcopus Congregationis Alumnos qui a suis Superioribus ad Sacros Ordines praesentati fuerint examinare per seipsum vel suos delegatos. Etsi enim id Sacrorum Canonum praescriptis ac praesertim Concilii Trident. sess. XXIII c. 12 cautum est, utile tamen videtur ut id expresse in Constitutionibus exprimatur.

3° Facultas etiam sit Episcopus Congregationis Ecclesias et Oratoria visitandi, ut videant an omnia rite se habeant.

Dat. Genuae die 6 Mart. 1873.

Humillimus Obsequentissimus Servus
† Salvator Archiepiscopus.

Voto del Rno Consultore.

Questo pio Istituto il quale ha per iscopo speciale l'educazione dei Giovani poveri, fu già approvato come Istituto di voti semplici dalla S. Sede, con Decreto del 1° Marzo 1869; rimanendo però riservata a tempo più opportuno l'approvazione delle Costituzioni; ed insieme con questo Decreto furono trasmesse 13 animadversioni sopra le medesime.

Ora il Superiore Genle supplica la S. Sede per ottenere l'approvazione delle stesse costituzioni, nelle quali (esso dice, in un memoriale a stampa annesso, p. 9) sono state accomodate le suddette animadversioni *prout finis et regulae societatis patiuntur*.

Questa supplica è appoggiata da parecchie lettere di Vescovi, con alcune riserve però, per parte di alcuni; per es. di Monsig. Arcivescovo di Genova, e massimamente di Monsig. Arcivescovo di Torino, Ordinario della Casa Madre.

Avendo esaminato il detto Libro di Costituzioni, ho dovuto prima verificare il modo nel quale sono state eseguite le correzioni ingiunte dalla S. Sede. Ora mi ha recato non poca sorpresa lo scorgere che la maggior parte di esse sono state omesse, o eluse sotto pretesti più o meno speciosi allegati dal Superiore Generale in una così detta *dichiarazione delle regole* annessa alla supplica.

1. Si era dichiarato (Animadv. 3) che i voti emessi nell'Istituto erano riservati alla S. Sede, e comandato che si togliesse dalle Costituzioni la facoltà per il Superiore generale di dispensarne. - Ora non se n'è tenuto verun conto, come si può vedere p. 11. n. 7. - Il pretesto allegato (*Dichiarazione cit.*) che la consuetudine sarebbe tale in altri simili Istituti, non ha sufficiente fondamento. Che se alcuni Istituti avranno ot-

tenuta qualche simile facoltà a titolo di derogazione alla legge generale, non può essere che per eccezione, da non allegarsi in esempio.

2. Non si permetteva al Superiore generale di concedere le Dimissoriali per le Ordinazioni, e si prescriveva di levare anche questo punto dalle Costituzioni. Ora si è bensì cambiata la lettera delle Costituzioni; ma vi è stato sostituito un articolo il quale in sostanza contiene implicitamente lo stesso, anzi aggiunge qualche cosa di più. Cioè che riceveranno l' Ordinazione dagli Ordinari secondo la consuetudine degli altri istituti p. 16 N° 4. *videlicet ex privilegiis Congregationum quae tamquam Ordines regulares habentur*: e si citano in conferma le Costituzioni degli Oblati di Maria SS^{ma}, dei Sacerdoti della Missione e dei Rosminiani ai quali fu concessa questa facoltà. Il Superiore generale dell' Istituto del quale ora si tratta, ebbe già dalla S. Sede qualche indulto per dare le Dimissoriali ad un numero limitato di Ordinandi: ma non sembra opportuno che questa licenza venga iscritta a titolo di facoltà generale nelle Costituzioni. Oltre che la licenza accordata ad altri Istituti in derogazione alla legge generale, non può essere invocata come precedente ed in esempio, vi è fortissima opposizione per parte di alcuni Ordinari, e segnatamente per parte di Monsig. Arcivescovo di Torino Ordinario della Casa madre, fondato sopra motivi da tenersi in conto come si vedrà meglio in fine. Onde si opina doversi mantenere l'animadversione 4^a come fù già comunicata.

